bus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneq, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Horodyski Filio suo obligat.

Sabbatho post Festum Sancti Lucae Evangelistae proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo 24/X 1771

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Ian Horodyski Bzarko sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vo Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta, videlicet Certam sortem na Horodyszczu in bonis Villae Horodyszcze Terra et Districtu praesentibus Praemysliensibus iacentibus et consistentibus, Cum omni praemissorum iure Dominio proprietate titulo obligatorio, omnibusque et singulis sortis praefatae utilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis obventionibus, item pratis campis, agris, pascuis attinentiis et pertinentiis generaliter universis, Nihil ex praemissis Iuris Dominii proprietatis ac quibusvis Competentiis et praerogativis pro se Recognoscente, suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum in lateque longe circumferentialiterque prout eadem Bona ipsemet Recognoscens habuit tenuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem Recognoscenti competebant

riebant tam exnunc et defacto Nobili Hechorio Hero-
dyski eiusdem Recognoscentis filio, et ipsius Successoribus in sum-
ma Centum Quinquaginta florenorum polonicalium hinc
et ab actu praesenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apo-
stoli post Triennium tunc proxime venturum incidens et
in defectu exemptionis exnunc eiusdem sortis memoratae,
summaeque suprascriptae Centum Quinquaginta florenorum polonic-
alium totalis et integrae realis persolutionis, extunc de triennio
ad Triennium, bello ad Festum pro simili die et Festo Conversio-
nis Sancti Pauli Apostoli sese determinanti Trienniis et Festis se
se continue et immediate sequentibus, usque ad exemptionem bonorum sor-
tis memoratae, summaeque praefatae totalis et integrae realem ef-
fectivam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout
obligat, inscribit, et invadiat praesentibus. In quae quidem bona supra
scriptae sortis, praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscens obliga-
ta et invadiata, tam exnunc et defacto is idem Recognoscens Illis
Sen Herodyski praefato Nobili Hechorio Herodyski filio, Obliga
tarioque suo, et eius posteris coram officio praesenti dat et admit
realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per
Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque
voluerit officiose accipiendam. Per ipsum Nobilem Hechorium He-
rodyski Obligatarium suum, ipsiusque posteros, haec eadem bona
sortis praefatae, praemissaque omnia praesentibus invadiata cum Universis
eorum Utilitatibus et usufructibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter
omnibus tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice u-
fruendi, ac ad usus suos, suorumque successorum quosvis bene-
placitos libere et effectualiter convertendi modo ac Iure obliga-
tionis. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens per se ac su-
os successores, in et super bonis generaliter omnibus, summisque
pecuniariis quibusvis habitis et habendis eidem suprascripto
Hechorio

Antonio Horodyski filio obligatario suo inscribit et obligat prae- 247
sentibus, ipse et eius successores in dictis bonis praemissisque omnibus
praesentium parte Recognoscentem inuadiatis, et ratione eorundem
omnium, ab omni vel quauis impetitione Iuridica, quarumcunque
personarum, cuiuscunque conditionis status et sexus hominis existentium
exoriunda, in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties
opus fuerit, tueri, defendere, euincere, intercedere et eliberare, indem-
nemque cum posteris reddere, necnon haec eadem bona, tertiumque statum praemis-
saque omnia praesentium parte Recognoscentem obligata et inuadiata, ab
omnibus in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterio-
ribus, super praemissa omnia modo quouis cuicunque personarum factis
et faciendis, item etiam a quibusuis citationibus super eadem bo-
na suprascripta, modo quocunque importatis et importandis, Lucris
denique et perlucris, processibusque Iuris quibusuis in quocunque pun-
cto et gradu Iuris dependentibus et in quouis Iudicio et Officio Regni
obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentium obligatis
perductis et perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera
semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio prae-
senti admissam, in fundo bonorum eorundem praesentium inuadiatorum dum
per Ministerialem competentem et Nobiles duos Officiose requiretur
non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectu-
aliter admittere, Dataque et admissa eadem Possessionem et vsumfru-
ctum praemissorum omnium praesentium inuadiatorum, quouis modo tam
per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas per-
sonas non propellere nec adimere, ipsumque obligatarium suum et illi-
us posteros in praemissis omnibus praesentium obligatis nullo modo in-
uenari, ita vt haec eadem bona praemissaque omnia praesentium inuadi-
ata, idem obligatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice
praesentium Inscriptionis Obligatoriae vigore tenere, habere, et possidere
queat, illisque vtifrui possit, vsque ad Exemptionem bonorum eorundem

summisque

summae memoratae totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem Idque sub Vadio similis summae Centum Quinquaginta florenorum polonicalium, per eundem Recognoscentem sive eius successores suprascripto obligatario suo ipsiusque successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. In quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda stante existens memoratus Recognoscens Nobilis Jan Horodyski Bruno sive eius Successores ad Instantiam praefati Nobilis Zacharii Horodyski eius Successores ad Instantiam praefati Nobilis Zachariy Horodyski Cessionarii sui vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemyslien. extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino, ceu quam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Vadium praedictum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes ad eundem terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione infra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Excubitum vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos officii praefati Castren. Capnealis Praemyslien. terminos, dilationem sibi non recipiendo, Nullasque motiones appellationes accanum praesentem faciendo, ac praemissa omnia primis simplicibus vel triplicanes Rutis evasionibus suspensionibus, fatalys Iuris praescriptione tertii vel bello conventione ac alys omnibus Iuris remedys rei defensionis non subterfugien. nec modo aliquo vis evadendo, Ita et sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.